



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

Proœmium. Evidentia providentiae divinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

TRACTATU  
DE  
FIDUCIA IN DEUM  
LIBER I.

DE  
Fundamentis Fiduciae in Deum  
Proœmium.

*Evidentia Providentia divine.*

**C**lemens Alexandrinus I.S. Strom. stendit nonnunquam quæstionem proponi quæ reprehensione potius quam responsione dignæ sint. Talem exempli causâ ponit eam qua quis queret, an sit aliqua in mundo Providentiam dubitare de providentiâ Dei, est quodammodo eam negare, quod nihil est aliud quam portam aperire vitiis omnibus & sceleribus quæ fingi animo possunt. Quid enim insipientissime mortalium, an non intelligi admirabilem illum atque perpetuum creaturam omnium concentum tot tantisque vocibus manifestare hanc Providentiam que

— V  
— V M  
Deu  
...  
rom.  
æstion  
ne potu  
int. Ti  
uis qua  
videntu  
est quo  
est alio  
s & sc  
uid eni  
ntellig  
im cre  
antisqu  
dentian  
que  
quot quantisque dissident districtibus, mira  
tamen inter se conformitate qualitatum, o-  
perationum, motuum, usus, commodorum-  
que ad perfectionem hujus universi? An non  
intelligis quod ne fides quidem duæ unius  
chelys concordare harmonicè possunt, sine  
aliqua Providentia? Qua ratione fieri potest  
ut tot res creatæ tamque variæ cœlo terra-  
que diffusæ visibles, invisibiles, frigidæ, ca-  
lidæ, parvæ, magnæ, mediocres, vivæ mor-  
tuæque & mille aliis inter se discriminibus  
differentes tam constantem & uniformem  
inter se ordinem jam inde à quinque aut sex  
mille annorum décursu inviolatum obti-  
nent, sine Providentiâ? Recta navigij in ma-  
ri gubernatio declarat Navarchi præsentis  
industriam. Et mundi hujus tam ordinata ad-  
ministratio, de Providentia ejus cuius sapien-  
tia provida regitur, dubitandi locum potest  
relinquere? Hæc est quæ te manu ducit & sus-  
tentat, hæc est ejus beneficio aërem pulmo-  
ne attrahis & remittis, hæc Sanguinem venis  
tuis suppeditat: non nisi ejus munere & gra-  
tiâ vivis. Et quærere audes: sitne aliqua in  
mundō providentia? De hoc queritur Deus  
apud Prophetam Ose 11. *Portabam eos in bra-  
chiis meis, & ipsi nescierunt, quod curarem  
eos* Idcirco hujus operis initium sumo à con-

B 4

fide-